

0251-0253- SS Cornelius - Decretum ne Sacerdotes Domini Iurare Praesumant

O93, f. 21ra; N442, f. 48rb; V630, f. 50ra; I83, f. 103rb; VD38. f. 96rb; SG670, p. 200a; P9629, f. 24v

CUIUS¹ SUPRA RUFO² ORIENTALI EPISCOPO DIRECTA, NE SACERDOTES DOMINI, SICUT VULGUS SOLET FACERE, IURARE³ PRAESUMANT VEL COMPELLANTUR. <I83, f. 103va>

Cornelius episcopus Rufo⁴ coepiscopo in⁵ domino salutem.

Exigit⁶ dilectio tua, frater carissime, ut ex auctoritate sedis apostolicae tuis deberemus consultis⁷ respondere⁸. Quod licet non prolixo⁹, sed succinctorio¹⁰ agere festinarem¹² <SG670, p. 200a> propter quasdam¹³ importunitates¹⁴ ¹⁵, quae nostris <VD38, f. 96va> praepedientibus peccatis in nos supervenerunt¹⁶, tuis tamen per reliqua¹⁷ sanctorum¹⁸ patrum instituta studiis perquirere latius et investigare committimus¹⁹. Non enim potest <V630, f. 50rb> mens attrita²⁰ ²¹ et oneribus²² atque importunitatibus gravata tantum boni peragere, quantum delectata²³ et oppressionibus soluta²⁴. Non ergo ista ob²⁵ id²⁶ praetulimus²⁷, ut haec et alia, quae necessaria²⁸ fore²⁹ cognoverimus, tuae sanctitati velimus³⁰ denegare, sed quod hic³¹ minus invenitur, <N442, f. 48va> latius perquiratur.

Sacramentum³² autem hactenus³³ a³⁴ summis³⁵ sacerdotibus vel reliquis³⁶ exigi³⁷ nisi pro fide recta minime cognovimus nec sponte³⁸ ³⁹ eos iurasse repperimus. Summopere⁴⁰ ergo <O93, f. 21rb> sanctus Iacobus⁴¹ apostolus prohibens sacramentum loquitur dicens: Ante omnia, fratres mei, nolite iurare neque per caelum neque per terram⁴² neque aliud quodcumque⁴³ iuramentum. Sit <I83, f. 103vb> autem sermo vester: est est, non non, <SG670, p. 201a> ut⁴⁴ non sub⁴⁵ iudicio⁴⁶ decidatis. Et dominus in evangelio ait: Audistis, quia dictum est antiquis: Non periurabis⁴⁷, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino: neque per caelum, quia thronus <VD38, f. 97rb> dei⁴⁸ est, neque per terram, quia scabellum est⁴⁹ pedum eius, neque per Hierosolimam, quia civitas est⁵⁰ magni regis, neque per caput tuum iuraveris, quia non potes⁵¹ unum capillum album facere aut⁵² nigrum. Sit⁵³ autem sermo vester: est est, non non. Quod autem his abundantius est, a malo est, id est⁵⁴ ab exigente et a iurante. Haec, frater carissime, ipse dominus prohibet, id est non debere iurare, haec apostoli maxime omnes, haec sancti viri praedecessores nostri, qui huic⁵⁵ sanctae universali apostolicae ecclesiae praefuerunt ante nos, haec prophetae et reliqui sancti⁵⁶ doctores per universum mundum dispersi ad praedicandum iuramenta⁵⁷ fieri vetant. <SG670, p. 201b> Quorum nos exempla, si coeperimus enumerare aut in sedula⁵⁸ ⁵⁹ hac inserere, ante sufficeret⁶⁰ ⁶¹ diei hora quam eorum exem<I83, f. 104ra>plorum⁶² de hac causa prohibita⁶³. Quae⁶⁴ nos sanctorum⁶⁵ sequentes apostolorum⁶⁶ eorumque successorum⁶⁷ <VD38, f. 97ra> iura firmamus et sacramenta incauta⁶⁸ fieri prohibemus. Unde et ipse dominus in tabulis⁶⁹ lapideis, quas Moysi⁷⁰ dedit, propria manu scripsit dicens: Vide⁷¹, ne assumas⁷² nomen⁷³ dei⁷⁴ tui in vanum, et⁷⁵ reliqua⁷⁶. Nos⁷⁷ autem, ut paulo superius praelibavimus⁷⁸, sacramentum⁷⁹ episcopis nescimus oblatum, nec⁸⁰ umquam fieri⁸¹ debet, quoniam, ut supra memoratum est, praeceptum est⁸² nobis⁸³ a domino non iurandum, neque per caelum, quia thronus⁸⁴ dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius⁸⁵ est, <V630, f. 50va> neque per caput suum, quia nullus potest unum capillum creare⁸⁶. Unusquisque enim, sicut ante altare stans dei timorem habet prae⁸⁷ oculis et propriam conscientiam <SG670, p. 202a> mundam servat⁸⁸ deo, quod in memoriam⁸⁹ retinet, nullatenus habet intermittere⁹⁰, quoniam os, quod men<I83, f. 104rb>titur, occidit animam. Et dominus⁹¹ ait: Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, quoniam sumus invicem membra. Et alibi: Nolite mentiri⁹² in⁹³ invicem. Haec praecipita sunt salvatoris, haec prophetarum, haec sanctorum patrum instituta. Quae si quis in vanum duxerit⁹⁴, hostis⁹⁵ est animae suae, <N442, f. 48vb> quia nemo⁹⁶ contra prophetas, nemo⁹⁷ <VD38, f. 97rb> contra apostolum⁹⁸, nemo⁹⁹ contra evangelium¹⁰⁰ <P9629, f. 25r> facit aliquid absque periculo.

Et summopere praevidendum est, ne pastorem suum oves, quae ei commissae fuerant, repraehendere, nisi¹⁰¹ a fide exorbitaverit¹⁰², neque accusare praesumant, quoniam¹⁰³ tales accusationes vim non habent neque eos nocere possunt¹⁰⁴.

Unum vero, carissimi, ut ait beatus¹⁰⁵ apostolus Petrus, non lateat vos, quia unus dies apud dominum¹⁰⁶ sicut mille anni, <SG670, p. 202b> et mille anni sicut dies¹⁰⁷ unus. Non tardat¹⁰⁸ dominus¹⁰⁹ promissis¹¹⁰, sed patienter agit¹¹¹ propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reverti. <I83, f. 104v> Adveniet¹¹² autem dies domini ut fur, in qua caeli magno impetu transient, elementa¹¹³ vero¹¹⁴ calore solventur. Cum haec igitur omnia dissolvenda¹¹⁵ sint¹¹⁶, ex his potestis considerare, quales oportet¹¹⁷ ¹¹⁸ vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus expectantes et properantes in adventum diei, per quem caeli ardentes solventur et elementa ignis ardore tabescent¹¹⁹.

Vos autem, carissimi¹²⁰, ait¹²¹ Iudas apostolus, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo <VD38, f. 97va> tempore venient illusores secundum sua¹²² desideria ambulantes impietatum. Hi sunt, qui segregant semetipsos animales, spiritum¹²³ non habentes. Vos autem, carissimi, supraedificantes¹²⁴ vosmetipsos sanctissimae vestrae fidei, in spiritu sancto orantes ipsos vos in dilectione¹²⁵ dei servate exspec<SG670, p. 203a>tantes misericordiam domini nostri Iesu

Christi in vitam aeternam. Et hos quidem <I83, f. 104vb> arguite iudicatos¹²⁶, illos vero salvate de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore¹²⁷, odientes eam¹²⁸, quae carnalis est, maculatam¹²⁹ tunicam. Nullus¹³⁰ enim sacerdotum causam suam alieno committat iudicio, nisi ad sedem apostolicam fuerit appellatum, sed unus<V630, f. 50vb>quisque comprovinciales¹³¹ iudices et notos habeat, nisi aliquam vim¹³² temerariae¹³³ multitudinis illuc¹³⁴ timuerit aut infestos vel¹³⁵ suspectos inibi iudices habuerit, pro¹³⁶ quibus causis ad maioris auctoritatis iudices et ad¹³⁷ alias provincias appellare et venire concessum est. Omnia¹³⁸ ergo, quae¹³⁹ adversus <O93, f. 21va> absentes in omni negotio aut loco aguntur aut iudicantur, omnino vacentur¹⁴⁰ ¹⁴¹, quoniam absentem nullus addicit¹⁴² ¹⁴³ nec <VD38, f. 97vb> ulla lex¹⁴⁴ damnat¹⁴⁵. Facile ergo homo hominem fallere potest, non tamen deum, cuius oculis omnia nuda sunt et aperta. <SG670, p. 203b> Unde ait propheta¹⁴⁶: <I83, f. 105r> Dominus¹⁴⁷ novit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. Sapiens ergo non est, qui nocet, nec quicquam mali vult, qui fidelis est, aut cuiquam insidias¹⁴⁸ machinatur. Hortamur¹⁴⁹, frater¹⁵⁰, et monemus tuam dilectionem, ut omnes semper, prout melius poteris, adiuves et¹⁵¹ confortes et consoleris et¹⁵² sacramenta, super quibus hanc sanctam Romanam ac universalem ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas et neminem umquam <N442, f. 49ra> infestes¹⁵³ ¹⁵⁴ aut noceas. Haec, frater¹⁵⁵, ad reliquorum fratrum notitiam tua faciat sanctitas pervenire, ut omnes haec mala caveant, et sicut generaliter tam ab ipso domino quam et a sanctis apostolis et reliquis apostolicis viris et ceteris¹⁵⁶ patribus sunt prohibita, ita generaliter ab omnibus custodiantur. Bene valere beatitudinem tuam¹⁵⁷ semper optamus et sacris virtutibus¹⁵⁸ proficere te desideramus, frater¹⁵⁹ <I83, f. 105rb> carissime atque amantissime.

Data XI Kal. Iunii Maximo et Decio vv¹⁶⁰. cc¹⁶¹. cons¹⁶². EXPLICIT¹⁶³.

O93, f. 21va; N442, f. 49ra; V630, f. 50vb; I83, f. 105rb; VD38, f. 97vb; SG670, p. 203b; P9629, f. 25r

1 *Überschrift*] EPISTOLA CORNELII PAPAE NE EPISCOPI AD SACRAMENTA COGANTUR SG670

2 RUFO *fehlt* V630

3 IURARE *fehlt* V630

4 Rufō coepiscopo] RUSTICO EPISCOPO V630

5 in *korr. aus* ins I83

6 Exiit O93; Exegit *korr. aus* Exigiit SG670

7 am Rande Interrogationibus VD38

8 respondere *korr. aus* respdere V630

9 am Rande Longo sermone VD38

10 am Rande Breviter VD38

11 succinte P9629; SG670

12 festinarem *korr. aus* festinemus O93

13 quasdam *korr. aus* quastam SG670

14 am Rande Adversitates VD38

15 importunitates *korr. aus* importunitatis I83

16 supervenere *korr. aus* supervenire P9629; supervenire VD38

17 reliquas VD38

18 sanctorum *fehlt* SG670

19 permittimus V630

20 am Rande Afflicta VD38

21 adstricta P9629

22 am Rande Ponderibus VD38

23 dilata V630; dilatata *korr. aus* delectata SG670

24 am Rande Liberata VD38

25 am Rande Propter VD38

26 id praetulimus *korr. aus* id VD38

27 am Rande praemisimus VD38

28 necessaria fore] fore necessaria VD38

29 forte I83; SG670

30 volunis N442

31 hic *korr. aus* hoc SG670

32 am Rande Quod sacramenta non sunt exigenda a sacerdotibus V630

33 am Rande Hucusque VD38

34 ac I83

35 summis *korr. aus* summi V630

36 *interlinear* nam SG670

37 *am Rande* Postulari VD38
38 *am Rande* Voluntarie VD38
39 spnte eos] spontaneos *korr aus* spontoneos V630
40 *am Rande* Summo studio VD38
41 iacob P9629
42 terra I83
43 quodque I83
44 ut *korr. aus* aut I83
45 *am Rande* In condemnatione VD38
46 iuditium VD38
47 peierabis SG670
48 eius I83
49 est pedum eius] pedum eius est I83; VD38; SG670
50 est magni regis] magni regis est V630
51 potest P9629
52 aut *korr. aus* neque P9629
53 Sid P9629
54 est] est et SG670
55 uhic P9629
56 sancti *fehlt* SG670
57 iuramenti P9629; iuntamenta I83
58 *am Rande* Membracula epistolae VD38
59 sedula I83
60 *am Rande* vel sufficiet deficeret V630
61 deficiet I83; deficere VD38; deficiet *korr. aus* deficeret SG670
62 exempla *korr. aus* exemplorum SG670
63 praebita *korr. aus* prohibita SG670
64 *interlinear* scilicet exempla SG670
65 scorum I83
66 apostolorum eorumque successorum iura firmamus et sacramenta *korr. aus* apostolorum menta P9629
67 successorum *korr. aus* successores SG670
68 acuta P9629
69 tabulis *korr. aus* talibus VD38
70 moyse I83
71 Vide *korr. aus* Videte P9629
72 *interlinear* id est in iuramento SG670
73 nomen] nomen domini I83
74 dei tui *korr. aus* dictui P9629
75 et reliqua *fehlt* I83
76 relique VD38
77 *am Rande* quod non licet accusare sacerdotes V630
78 *am Rande* Rescripsimus Breviter commemoravimus VD38
79 sacramentum] sacramentum usquam *korr. aus* sacramentum SG670
80 nec *korr. aus* ne SG670
81 fieri *korr. aus* fieret V630
82 est *fehlt* V630; P9629
83 nobis a *fehlt* O93
84 thronūs P9629
85 eius *fehlt* V630
86 dealbare VD38
87 *am Rande* ante oculos VD38
88 servet P9629
89 memoria SG670
90 *am Rande* Pretermittere VD38
91 apostolus *korr. aus* dominus P9629; apostolus I83; VD38; SG670
92 mentiri in *korr. aus* mentiri O93
93 in *fehlt* I83
94 duxerit *korr. aus* dixerit P9629; dixerit I83; SG670
95 *am Rande* Adversarius VD38
96 nemo contra *korr. aus* nemo N442

[97](#) neque SG670
[98](#) apostolum *korr. aus* apostolus P9629
[99](#) neque SG670
[100](#) evangelistas SG670
[101](#) nisi a *korr. aus* nisi VD38
[102](#) *am Rande* Declinaverit VD38
[103](#) *am Rande* De accusatione sacerdotum V630; *am Rande* QUOD ACCUSATIONES SUBDITORUM NULLAM VIM HABENT VD38
[104](#) possunt *korr. aus* possent P9629
[105](#) beatus *fehlt* SG670
[106](#) deum VD38
[107](#) dies unus] unus dies V630; I83
[108](#) tardat *korr. aus* tar N442
[109](#) dominus] dominus in *korr. aus* dominus SG670
[110](#) promissis sed patienter *korr. aus* promissis SG670
[111](#) *am Rande* Expectat VD38
[112](#) Adveniat V630; P9629
[113](#) Elimenta P9629
[114](#) autem SG670
[115](#) dissolvenda *korr. aus* dissolvendi SG670
[116](#) sunt SG670
[117](#) oportet vos] vos oportet VD38; SG670
[118](#) oportet vos esse] vos esse oportet I83
[119](#) *am Rande* Corumpentur VD38
[120](#) carissimi] karissimi ut VD38
[121](#) dixit V630; P9629
[122](#) suarum *korr. aus* sua SG670
[123](#) spiritum *fehlt* I83; VD38
[124](#) superedificate VD38
[125](#) dilectione *korr. aus* dilectio P9629
[126](#) *am Rande* Damnatos VD38
[127](#) timorem P9629
[128](#) eam *fehlt* I83
[129](#) *am Rande* pravam doctrinam malam conversationem VD38
[130](#) *am Rande* Item de eadem re cornelius in secunda epistola ita ait VD38
[131](#) cumprovinciales P9629
[132](#) *am Rande* violentiam VD38
[133](#) *am Rande* presumtiosę perversae VD38
[134](#) illius I83; VD38; SG670
[135](#) aut N442
[136](#) pro *fehlt* I83
[137](#) ad *fehlt* VD38
[138](#) *am Rande* Appellandum ad apostolicam sedem P9629
[139](#) quae *fehlt* I83
[140](#) *am Rande* Usque hic VD38
[141](#) vauentur *korr. aus* caventur VD38
[142](#) *am Rande* Condemnat VD38
[143](#) adicit N442
[144](#) lex *korr. aus* ex V630
[145](#) dannat VD38
[146](#) propheta] per prophetam SG670
[147](#) Deus VD38
[148](#) insidia I83
[149](#) Hortamur *korr. aus* Hortamus SG670
[150](#) fratres P9629; I83
[151](#) et *fehlt* V630; P9629; I83; VD38; SG670
[152](#) *am Rande* Quod sacerdotes non debeant iurare V630
[153](#) *am Rande* opprimes VD38
[154](#) infes I83
[155](#) frater *korr. aus* fra N442; fratres I83

- [156](#) *ceteris korr. aus ceteros O93*
[157](#) *vestram VD38*
[158](#) *virtutibus proficere korr. aus virtutibus P9629*
[159](#) *frater carissime] karissime frater SG670*
[160](#) *vv. cc.] v. c. SG670*
[161](#) *cc fehlt N442*
[162](#) *ss VD38*
[163](#) *EXPLICIT fehlt V630; SG670*